sterculum Non alii fuere insec-
tatores eius licet pauci
admodum non alii tamen
quam episcopi ferebantur. Ve-
ro quemquam nominare
necesse est licet nos met-
ipsos plerique circumlatrent.
Sufficit ut si qui ex hiis
hec legerit et agnoverit
erubescat. Nam si irascitur de
se ipse dictum fatebitur cum for-
tasse nos de aliis senserimus.
Non refugimus autem ut si
qui eiusmodi sunt. nos quoque
cum tali viro oderint. Illud
facile confido omnibus sanctis opu-
sculum istud gratum fore. De
cetero si quis hec infideliter
legerit ipse peccabit. Ego
michi conscius sum me rerum
fide et amore Christi impul-
sum ut scriberem manifesta
exposuisse vera dixisse. pa-
ratumque ut spero habebit
a deo premium non quicumque le-
gerit sed quicumque crediderit.

Incipit epistola severi ad euse-
bium presbiterum postea episcopum

Hesterna die cum
ad me plerique mo-
nachi venissent.
inter fabulas ungues
longumque sermonem mencio in-
cidit libelli mei quem de vita
beati martini edidi. studioseque
eum a multis legi libentissime
audiebam. Interea indicatur
michi dixisse quendam malo
spiritu suscitatum cur martinus
qui mortuos suscitasset flam-
mas demonum domibus de-
pulisset. ipse nuper adustus
incendio periculose fuisset
obnoxius passioni. O istum
quisquis est miserum iudeorum
in verbis eius perfidia et dic-
ta cognoscimus. qui in cruce po-
situm dominum hiis verbis incre-
pabant. Alios salvos fecit
se ipsum salvum facere non potest
Vere plane iste quicumque e-
st illius temporibus natus esset
et in dominum hac voce dicere
potuisset. qui simili sanctum domini
blasphemat exemplo. Quid
ergo. quid ais tu. martinus
ideo non potens ideo non
sanctus. quia est periclitatus in-
cendio. O beatum et per
omnia similem apostolis
et in hiis conviciis virum
Nempe hac et de paulo
gentiles cum eum vipera mo-
mordisset sensisse referuntur.
Hic homo debet homicida esse